

AD ORATIONEM ANNIVERSARIAM
QVAE
STVPENDAS CORPORVM MOLES
ΑΚΑΡΙΔΙΩΝ ΚΑΙ ΑΟΡΑΤΩΝ ΣΚΩΛΗΚΙΩΝ
der allerkleinsten und unsichtbaren Würmgen
MINVTATIM CONSECABIT
IN MEMORIAM
PER ILLUSTRIS ICTI
CASPARIS CHRISTIANI
SELIGMANNI
SUMMI SANCTIORIS STATUS SENATORIS
ATQVE ITEM
CONSVLIS ZITTAVIENSIVM GRAVISSIMI
FVTVRO MARTIS DIE
H. L. Q. C
HABENDAM
PATRONOS MAGNIFICOS ET AMPLISSIMOS
BONOSQVE EX OMNI LITERATORVM
ORDINE VIROS
PER OFFICIOSE AC PER AMANTER
INVITAT
ET
ΑΛΑΞ ΑΙΩΝΙΟΝ ΚΑΙ ΤΗC ΓΗC ΚΑΙ ΑΝΑΛΟΝ
Das ewige Salz
Das Salz der Erden
und
Das thumme Salz
EX DIVINIS ORACVLIS IN PVBLICVM EXTRAHIT
SAMUEL FRIDERICUS BUCHERUS GYMN. CORRECT.

ZITTAVIAE LITERIS VIDUAE STREMELIAE

Exeg.
C.
227,6

Quantum utilitatis ab sale profiscitur, tantum in eo admirabilitatis eluet. Est uero sal uel *Fossilis*, quem ipsa natura, sapiens rerum artifex, singulari solertia et architectura non ineleganti, perficit, uel opera artificioque hominum *excoctus*. Sal *Fossilis*, ex abstrusis terrae recessibus et montibus *caesus*, uenustatem circumfundit quam latissime. Altiorum tamen dignitatis gradum assequitur, ut nihil de sale, ex lacu et mari exportato, dicamus, *sal ammoniacus*, quem literatissimi uiri, quoniam *Cyrenaei* cum, arenarum molibus abditum, umbrosis ex tenebris, eruebant, ab Graeco uocabulo ἄμμος, quod *arenam*, uel *Hebraeorum חַמָּה*, quod *calorem*, aut ab uocabulo Ἀμμων, quod *Ammonis oraculum* significat, nomen accepisse, iudicant. *Casanbonus παρὰ τῆς ἄμμου*, ab arena dictum, arbitratur. Alii originem *Ammonis oraculo* vindicant. Vnde paeclare Strabo: Περὶ τὸ ἵερὸν Ἀμμωνος ἀλας καὶ νῦν ἔτι εὐρύσκεται πολὺς, prope a templo *Ammonis* etiam nunc multum salis inueniuntur. Flammis collucet *sal pellucidus Aethiopum*, *Tegisanus*, et ad *Africæ oras*, quibus *auri copia* atque omnium rerum affluentia nomen dedit, qui omnia lustrat, et luce sua complet, *gemma salis*, et *flos salis*, uirtute excellens. Ex illustri quoque talis genere eminent *SAL Memphiticus Aegyptiorum subrubens*, *CROCINUS Capadocum*, *AETNAEUS Sicularum* et *Africæ PURPUREUS*, qui et in salinis coquitur, *CORINTHACUS*, uiridissimos ripatum uestitus exscribens, *SARMATICUS*, *TATTARICUS*, *TAURICUS* purus et *candidus*, *cinereus*, *nigrore circumfusus*, *uiridis*, *uersicolor*, *AGRIGENTINUS SICULUS*, qui igni admotus nec crepitat, nec exilit, sed, contra naturam salis, in aquam puram atque liquidam abit, *SAL CAUCASI*, *ARABIAE*, *SODOMITICUS* et *SENEGANUS AFRICAE*, qui montes, stupendas naturae salinas, proicit, atque item ex flumine *Senega* ferro caeditur, spectatissime floret, nimis ac imbribus resistit, omnem aquarum impudentiam ridet, excitandisque aedificiis firmissimos lapides suppeditat, quorum in duritatem transisse commemorant. Ab *Seneganis*, ex maxima fluminis altitudine, sal memorabilis effoditur, cuius montes penitus abditi atque praecisi, in dies, in immensum ex crescunt. Virtute paestantissimus *SAL ARABUM ALCALICUS* est, quem natura, subter terrarum uisceribus, et fontium uoraginibus, excoquit, et, quod omnino permirum uidetur, ut natuum aurum et argentum, ex metallorum lapidumque canernis, elicit, atque extrudit, et ab *Arabum* אַלְקָרִי, quod *exustionem* designat, appellatur: Quippe ignis subterranei cum auctus eum circumuadit, antiquis sedibus propulsatur, ex latebris atque ex tenebris erumpit, autisque aedibus expellitur, ut reliqua, quae ad *natum* saiem spectant, silentio praetermittamus. *Sal*, ad communes hominum usus *excoctus*, cibis adspergitur, et ab *Medicorum* et *Chymicorum* sale longissime dissidet. Hoc enim natura rerum principio particulas, ad corporum communitatem, coniungit, atque arctius consociat. Vnde ex quacunque etiam materia et parte excutitur, ac festiuo lepore, uariaque uenustate, admirabiliter, circumfluit. Figurarum lusus, in corporum speluncis, ueluti cubilibus, delitescentes, dispare, dissimilesque sapores, et dulces, et pingues, et austeros, et amaros, et acerbos et acidos, circumPLICatos, constanter dispergiunt, circumstantiumque oculos, mollitie, longitudine, traiectionibus, pyramide, mucronibus, addo, colorum uarietate, uicissitudinibusque, incredibiliter, reficiunt ac reparant. Nullum etiam quod, extra salem, uinculum, ad stringendas minutissimas corporum partes, natura coniunctius uoluit, easdem suauiter circumscribit, occulte comprimit, et diligenter retinet, distractas imagines, per lapides, per marmora, per gemmas, per cretas uersicolores, per mapparum, quas natura accurate, cogitateque prescribit, geographicarum uias, agros, flores, silvas, segetes, scite admodum, definit, earumque simulachra, magnificentissime expolit, effigies uicissim diffundit, pulchritudinem uarie disiicit, et lineas, ad uiuam rerum similitudinem, haud ineleganter, perducit, ut nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum aut exstet, aut emineat, aut iter introrsum flectat, ut rerum formandarum magistra et moderatrix munus suum, omnibus numeris et partibus, explesse uideatur. *Sal* in primis *fossils* lucet in tenebris, splendetque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit, ut, quo diuina te cunque sapientia et potentia spectatorem ferat, non modo mirabilia, sed prodigiis similia, prouenire uideas. At enim, missis naturae miraculis, quae de *divinorum oraculorum sale* copiosissime disputari possunt, ea breuiter a nobis strictimque dicentur. *Sal* cum esset quondam *aeternitatis signum*, quod corpora ab interitu et corruptione, suo complexu, aliquamdiu, ueluti monimentis, praemunit: Ab illo *aeterno sale*, scribendi exordium profiscetur. *Vatablus* et *Bodinus* uxorem Lothi, quam Deus, in perpetuam rerum Sodomiticarum respectus memoriam, ex sale exsculpserat, Gen. XIX 26. *aeternam statuam* uocitant: Tametsi, isthanc feminam in simulachrum, quod *salis mineralis* nomine Medici circumferunt, sic abesse, plerique consentiunt, ut hominis solidam, expressamque effigiem retinuerit. *Hebraeis* aperte explicanteque מֶלֶךְ נֶצֶב *statua salis*, dicitur, ab uocabulo בָּצָב, *statuit*, *posuit*, *fixit*, *sedidit*, *Chaldaeis*, *Syris*, *Arabi*, *Samaritanis* usitatissimo. Vnde et *Arabes* statuas, columnas, uexilla, cippos, lapides, uiarum indices, simulachra, alia commemoranda uetus statuas monumenta, suis certis ac propriis uocabulis, ab eadem matre profectis, nominarunt. Auctor libri sapientiae C. X. 7. uxorem Lothi in salis statuam translatam fuisse, firmum quoddam ac graue testimonium dedit. In hanc quoque caussam testes *Iosephum Antiquit. L. I. C. XII.* et *Elieserum פָּרָקִיר אֲבוֹת*, ex patrum tabulis, C. XII. aduocant, qui, salis sese statuam spectasse, manibusque contrectasse, commemorant. Idem confirmant *Bentaminus*, *Buntingius*, *Borchardus*, *Adrichomius*, *Breitenbachius*, alii, quod tamen multis simile uero non uidetur. Summa autem dissensio, quomodounque se res habeat, in explicanda naturae commutatione, inter magnos homines, maxime per Angliam, commota est; Posteaquam *Guilielmus Couardus*, *Henricus Doduellus*, *Dethenus Clunerus*, aliique, quae diuina instrumenta de creatione mundi, de rudi indigestaque mole, de planetis, de stella, quae Magos Hierosolymas et in agrum Bethlehemiticum ferebat, de nostra salis statua, enarrant, naturae legibus, ac intelligentiae humanae magisteriis, metienda esse, censuerunt, de rebus diuinis tam libere loquuri, ac si se spectatores ociosos praebuissent admirabilis architecturæ, et pars eorum, in-

aelestium aedium uestibulis stetisset, pars autem Lothi calamitatem, cum acerbissimo uxoris interitu coniunctam, ex tectis fenestrisque prospectasset. Circumgestant antiquata ludorum fercula, paeferunt literatorum uulgo, tamquam noua, inuisita, et de caelo delapsa, plena dissimilitudinum, et affectu, conatusque aemulandi Cartesii philosophandi studium, exornant equidem, uerum tamen assequi nequeunt. Venditatio est et ostentatio, quae multum ingenii ad singendum, nihil firmarenti, nihil uirium habet. Statuam ialis, ex immensa ignis ac sulphuris grandine, ex qua Sodoma ignescet, cum *Aben Esra* et *Hugone Grossis*, et magna ui salis congesta, cum *Couardo* fabricantur, quas materias, dicunt, in omnes corporis partes penetrasse, ac, eisdem depresso, naturae industriam membrorum compactionem ita expesse, uniuersum aedificium ut tandem transisset in *salem fossilem*, eadem ratione, qua, teste rerum magistra experientia, corpora in lapides indurescerent. Enim uero nulla nobis cum ipsis hominibus societas est, sed summa potius distractio. Namque etsi illa opinio, solertissimis naturae indagatoribus, uideri posset, habere aliquid excusationis, tamen uanitas falsitatem, tanquam umbra, sequitur. Corpora temporis diuturnitate, ab assimili spongiae mollitudine, discessisse in lapidum resistendi pertinaciam, et materiam, singulari naturae opera, in *salem fossilem* excurrere posse, ab ueritate nunquam dissidet. At enim uero grauis ille et repentinus casus, in quem summus rerum architectus ac moderator, scelerum speculator et uindex, Lothi uxorem demisit, peculiaris diuinae conuassationis, percussionisque testis, perterritos spectatores, momento temporis, circumstebat. In temporis enim punto ab hominibus, ut esset marmoreum quoddam, perpetuumque memorabilis castigationis monumentum, in salis statuam deuolasse, tam uerum iudico, quam quod uerissimum. Rerum autem euentus, tam exiguo circumscriptus temporis spatio, uiribus, sali naturaliter insitis, repugnat maxime. Et si tantundem prodigii, illa admirabilitatis opifex, natura excitaslet, reliquos assistentes homines, et res circumiacentes ab lege sua perturbationis naturali, cur tam circumspecte disiunxit, ut in eorum perinde, atque in translatae Lothi uxoris, corporibus, in aliam naturam conuerterdis, omnes neruos roboris, uirtutisque suae non contendetur. Sed ab salis statua disiungo me fere, referroque ad mansuetiores musas. Salem, aeternitatis imaginem, amicitiaeque simulachrum ferebant ueteres, cum quibus coniunctissime, amantissimeque uiuere uellent. Idcirco iucundissimae uitae atque officiorum omnium societas, neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus interrumpenda, antiquis ἀλέσ, siue mutuae salis coniunctiones, dicuntur. Nuptiis, earumque conuiuiis, incorruptum amoris testem, salem praemittebant. In apposita mensa, conquisitissimisque epulis exstructa, amicitia et necessitudo magis ex salis apparationibus elucebat. Qua de caussa in nuptiis legebantur mulieres ἀλατόφαλμοι, salis oculi, Germanis Salzmeisten nominatae, quae oculum sali adiicerent, aeternique foederis instrumentum, sale praemunitum, commemorarent ad posteros. Verissime Philo: Ἀλέσ τε φάρσης σύμβολα τῆς γνωσίας Φίλιας, sal et mensa constantis amicitiae indicia censentur. Cuius consuetudinis perantiquae memoriam prodit Moses Num. XVIII. 19. cum aeterna ipsius Dei scita ac iussa comprobata dicit ἡκ υἱοῦ, tabulam aeternitatis, foedus salis aeternitatis, hoc est, aeternam legem, tamque memorabile foedus, ut, more ueterum, in gemmas, et marmoreas tabulas, aut in aës, aureis literis, incidatur quam accuratissime, qualem notionem uocabulo ἡκ esse insitam, uiri docti iudicant. Si quis firmissima et sanctissima diuinorum oraculorum testimonia assidue legat, studioseque peruolutet, plures huius aeterni foederis locos percontari, et ab sacris scriptoribus, quodcunque sal referat, scitari poterit. Genti Dauidis regnum, aeterna salis lege, cauebatur. Vnde et Abia testificatur Ierobeatum, et uniuersum populum: *Quod Deus Dominus Israels dederit Daudi in perpetuum praefidium, ei et filiis eius ברית מלך ישראל*, διαθήνυντιον, ex foedere salis, einen Salzbund. Maimonides perquam scite *ברית מלך תורה הלפוד* C. X. 6. Moris erat, ut ad sacrosancta confirmanda foederu sal et panis adferrentur, qua caerimonia, amicitiae coniunctionisque necessitudinem inuiolatam seruandam, aeternamque esse oportere, significabant, et eiusmodi אמת עולם, aeternam fidem, Moses, Prophetae, doctores nostri nominant ברית מלך עולם, foedus salis aeternum. In Iudaicorum commentariis relatum legimus, *Hebraeos* quondam, diebus Sabbati, infantes sale adsperrere, aut perficere consuesse, teste Maimonide שבתה C. VIII. 7. laetitiae sabbati; Quo referunt locum Ezech. XVI. 4. et aquis non es lota, ut munditia eniteret, והמלחת שד שבתה מ' ל' שמות עולם של שבתה הירד בשבת מ' ל' שמות עולם של שבתה, puerum in sabbato sale perficant, in memoriam aeternae laetitiae sabbati; Quo referunt locum Ezech. XVI. 4. et aquis non es lota, ut munditia eniteret, והמלחת שד שבתה מ' ל' et salis condimento non es perficata. Omnibus Hebraeorum sacrificiis et suffimentis inspergebatur sal, in primis *Sodomiticus*, qui aliis condimentis palmam praecepere credebatur, ut Deus ipse sanctit Leu. II. 13. Et omne munus sacrificii tui sale condies, neque disiunges salem foederis Dei tui ab sacrificio tuo, in omni munere tuo salem afferes. Ad lucem arcte et grauiter hic, cum bono Homero, ut uetus est prouerbium, magnus dormitat Maimonides, qui salem e caecarum gentium sacrificiis sustulit. Quod si peruolutasset princeps Iudeorum magister grauissimus et eloquentissimus Homeros, Theocritos, Polybios, cunctaque literatae Graeciae gentem, longe sensisset aliter. Certe ab se discessisse uidetur, qui scholae Academicae et Peripateticae institutis, praeceptisque abundat, ac in *Platonis* et *Aristotelis* replicandis commentariis salis caerimonias praetermittit. Homerus salem θεον, Plato Θεων φίλον βρῶμα, diuinum et Deo pergratum cibum uocitat. Animi labem aqua, ex mari hausta, aut sale perfusa, euanscere, manibusque elui posse, putant ueteres. Concinne Theocritus: καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεῖα πεῶτον, ἐπειτα δὲ ἀλεσσι μεμιγμένον, ὡς νεόμισα, Θάλλω επιρράψαιν εἰεμμένον αἴθλαθες ὕδωρ: Sacro primum sulphure lustrare domum, deinde mixtam sale, uti mos est, aquam salutarem circumfusam, ramo decet oleagino adsperrere. Ab hac consuetudine aquae lustralis, cui salem immittit Romanus Pontifex, caerimoniam Johannes Spencerus Leg. Hebr. Rit. L. III. C. I. p 997. repetundam arbitratur. Vinarienses interpretes rectissime nos condocefaciunt, salem sacrificiis Hebraeorum adiectum, quia quasi cibus Dei fuerint, omnis uero homi-

num cibus sale adspergatur, et quia sal, in aterritatis monumentorum numerum adscitus, foederis perpetuitatem, ac iniuiolatam fidem significare debuerit, quod ipse Deus his uerbis uelit: *Negre disiunges salens foederis Dei tui, id est, foederis aeterni, sale confirmati, ab sacrificio tuis.* Sicuti pactum hominum forenum, apud ueteres, tum demum firmum erat, ac stabile, rescindique non poterat, cum salis caerimonia, ueluti lege in ciuitatem bene moratam recepta, cauebatur: Ita sal sacrificium ratum faciebat, et utramque partem de seruanda fide, ex aeterna salis pactione promissa, amicissime admonebat. Sal causa gustus omnisque saporis est, sine cuius aspersione cibi nihil elegantiae, nihil commendationis, nihil iucunditatis retinent, terraeque ad *Physicorum* caput mortuum referuntur; Quocirca nihil, rebus in humanis, tam uile, tamque fructuosum, quam sal, iudicatur, et quae demum cunque cum sapientia arctius coniunguntur sententias, sales vocantur, qui orationibus perinde, atque sal cibis ac materiae saporem, gratiam, urbanitatem, prudentiam, pulchritudinem, dignitatem inferunt. Clara et testata res est, nec ulla enarratione eget. *Christus ipse* Matth. V. 13. uero sapientes salis nomine coherestat, cum ait, ὑμεῖς ἐστε τὸ ἄλας τῆς γῆς, νοῦς εστις sal terrae. Doctores enim, diuinis praeceptionibus et cohortationibus, mortales animi labo ac putredine dissociant, Deoque, tanquam accepta ac perdulcia sacrificia, ferunt, omnemque sermonem sale diuinae sapientiae adspergunt, condidunt atque circumfundunt, quod et *Paulus* commonefacit. Col. IV. 5. 6. Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε περὶ τὸς ἔχω τὸν χαιρὸν εἰχαγορχόμενοι. Ο λόγος ὡς ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι ἄλατι ἥρτυμένος. Vbi ἐν σοφίᾳ περιπατεῖν, notione Attica, significat uitam praeclare, digne ac sapienter instituere, apud illos maxime, cum quibus nobis disputandum, ac sermones conferendi sunt. Περιπατεῖν enim, teste *Meurho*, *Aristophani*, *Platoni*, aliisque erat disputatio Philosophorum. Nominē τῶν ἔχων eos *Paulus* notat, quos scholae nostrae gentiles nominant, et τὸν χαιρὸν εἰχαγορχόμενον est, opportunum tempus, et commodam occasionem, ueluti gemmas, res pretiosissimas, captiuos, aut magna ui pecuniae, aut sanguine suo, redimere, 1. Cor. VI. 20. VII. 23. Gal. III. 13. IV. 5. 1. Petr. I. 19. Apoc V. 9. XIV. 3. *Georg. Raphel. Annot. Philolog. in N. T. P. II.* p. 518. et G. *Craus. Phosph.* p. 147. Λόγος ἐν χάριτι est gratia sermonis, cum amoris significatione, delectatione et suauitate coniuncta, ut in auditorum animos penitus influat. Vnde *Plutarcho* in *Alcibiade* ἡ τὸ λόγος χάριτος, diuina eloquentia, et poētice *Pindaro* χάριτος adpellatur. Sermo, sale diuinae sapientiae conspersus, uenustiore gratia, suauitate ac dignitate adfluit, quam *Christus* commendat quam maxime Marc. IX. 50. *Habete in uobis ipsis saltem, et pacem sectamini.* Quo et *Paulus* spectat Eph. IV. 29. Ne ullus quidem sermo σαταρέος, putridus, ex ore nostro progredivit, et si quis sermo progredivit, accommodatus sit ad perutilem aedificationem, ut χάριτος, gratiam, afferat audientibus. Elegans uero est locutio, qua *Christus* discipulos suos τὸ ἄλας τῆς γῆς, saltem terrae, nominat, *Hebraeis* non infrequens, ut illa: *Vos estis lumen mundi.* *Maimonides* קרי המקדש C. VIII. 6. אמר ר' משה ר' אמר רב משה. *Rabb* dicebat: *Moses* Israeli octo custodias praescripsit, quatuor ex Eleasare, quatuor ex Ithamare. *Venit Samuel, et constituit sexdecim.* David uero quatuor et uiginti, וְכֵר הַמֶּלֶךְ אָרֶץ, et omnes sacerdotes erant ex sale terrae, nempe Israelis. *Quinam sunt sal terrae?* Sapientes Israelis. Vocabulum enim οὐρανός, natūrā ἔχον terram Israelis designat, quod fuse persequitur *Relandus Palaest.* Lib. I. C. II. sqq. p. m. 7. sqq. *Hebraeorum* doctores multum sibi exinde honoris assumebant, quod sint sal terrae, hoc est, sapientes Israēlis, quam ex Hos. IX. 3. terram Dei, et cum interprete Chaldeo אָרֶץ שׁבִּינָה רְיוֹן, terram maiestatis diuinæ, adpellant. Nisi igitur me omnia fallunt, *Christus* hic perstringit Judaeorum magistros, qui, depravatae uoluntatis uitio, a generis nobilitate et bonitate descuerant, Dei civitatem, ἐπάνω ὅρης καμένην, quae in monte sita erat, Matth. V. 14. in ieunas atque aridas praeceptorum suorum traditiones ac latebras, uelut in sepulchrum, condebant, ut lux caelestis doctrinae, ueritatisque clarissima obscuraretur, et tamen, et si τὸ Φῶς τὸ κόσμου, lumen mundi, uideri uellent, εἰς αὐτὸς παλαιός, in ueteribus utribus harum traditionum, Matth. V. 15. IX. 17. ipsi delitescerent. Hinc Seruator noster ueram sapientiae gloriam in suos discipulos transfert: *Vos estis sal terrae Israelis*, hoc est, diuinoris coetus, quem mihi colligam sub alas maiestatis diuinæ. "Ἄλας ἄνθρωπος uero est doctrinae falsitas, impietas et imprudentia, qualis sal in Pharisaëis et scribis erat reconditus. Vnde *Salom. Glassius Gram.* S. p. m. 1252 *Hebraeorum* תְּפִלָּה, *Hiob*, I. u. ult. et XXIV. 12. putredinem, uel inspium sermonem, impietatem, insultitatem uocitat. Priori enim loco haec leguntur: *Atque in his omnibus nihil peccauit Hiobus, neque dedit insultitatem, LXX. Senes transferunt αρρεσύνην et Chald.* מְלֵי מִרְטָה, uerba uirtutis sceleris, aut peccati, *Syrus*, neque Κύρος connitius conseclatus est, *Arabs*, neque אֲפֻרְתִּי, execrationem protrusit. Lutherus optime: Et thāt nichis thōriches nichis ungesalzenes. Namque propriæ est insultitas et insipientia, μεταφορῶς stultitia, ut adeo insultum sit contrarium salis et sapientiae. Quod uero, Athenis, qui uiam uulgaris doctrinae hactenus ingressi, ad profundioris sapientiae delicias, et in literatorum ciuitates transmittendi erant, prius saltem sapientiae et uinum lactitiae gustarint, testatur *Herodotus* Erat, pag. m. 193. ὅταν οἱ μὲν δὴ τῶν νεῶν τοῖσι διδακταί οἰσται ἔσω ἐν Εληθῶσι, ἐν τῷ μὴ γεύσαθαι τὸ τῆς σοφίας ἄλος, καὶ διὰ τὸ παραλείψαν τὸν χαριοῦσι ὄντας, ὅπως τὴν ἀνάργυρον τὴν τῶν ἀρχόντων διαφεύγωσι, ἢν μὲν εἰώθασι οἱ διδάσκαλοι προσέμπεται. Nos, ex opipare apparata sapientiae salina, in publicum proferimus *Casparem Christianum Seligmannum*, in quo sal et candidus, et purpureus, et uiridis, et uersicolor, aureis lineis et imaginibus per quam raris notatus, latissime splendescit. Cuius fulgor, ut et ad nos repercutius transferatur, proxima Martis die, *Hora IX.* de sapientia et prudentia illius, immensam potentissimi creatoris sapientiam, quam elegans minutissimum uermiculorum architectura enarrat, admirati, commemorabimus honorificentissime. Gaussa Dei agitur, et decus magni uiri. Quapropter summa spes est, fore, ut PATRONI MAGNIFICI et AMPLISSIMI, omnesque literatissimi Viri, quos, testes atque socios diuinæ laudis, perofficiose peramanterque inuitamus, frequentes confluant. P. P. Domin. Quinquages. anno R. S. cl. Iccc XXXXIV.